Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ysai ad dauid filium suum. Accipe
fratribus tuis ephy polente & decem pa
nes istos. & curre in castra ad fratres
tuos. & decem formellas casei has de
feres ad tribunum. & fratres tuos uisitabis
si recte agant / & cum quibus ordinati
sint disce. Saul autem & illi & omnes
filii israel in ualle terebynthi pug
nabant aduersus phylistium. vii.
Surrexit itaque dauid mane & com
mendauit gregem custodi. & onus
tus abiit sicut preceperat ei ysai. & ue
nit ad locum magdala. & ad exerci
tum qui egressus ad pugnam uociferatus
erat in certamine. Direxerat enim
aciem israel / s; phylistium ex aduer
so fuerant preparati. Derelinquens ergo
dauid uasa que attulerat sub manu
custodis ad sarcinas. cucurrit ad lo
cum certaminis / & interrogabat si omnia
recte agerentur erga fratres suos. viii.
Cumque adhuc ille loqueretur eis /
apparuit uir ille spurius ascendens
goliath nomine phylisteus de geth.
ex castris phylistinorum / & loquente eo
hec eadem uerba audiuit dauid. Omnes
autem israhelite cum uidissent uirum
fugerunt a facie eius / timentes ualde.
Et dixit unusquispiam de israel. Num
uidistis uirum hunc qui ascendit. Ad expro
brandum enim israel ascendit. Virum ergo qui per
cusserit eum ditabit rex diuicias mag
nas. & filiam suam dabit ei / & domum patris

Sei faciet absque tributo in israel.
Dominica. iiii.
Samuel autem mortuus
est / planxitque eum omnis
israel. & sepelierunt eum in ramatha ur
be sua / & saul abstulit magos & ario
los de terra. & interfecit eos qui phytones
in uentre habebant. Congregatique sunt
phylistium / & uenerunt & castra me
tati sunt in sunam. ii. Congrega
uit autem saul uniuersum israel / & ue
nit in gelboe. Et uidit saul contra phy
listium & timuit & expauit cor eius ni
mis. consuluitque dominum / & non respondit
ei neque per somnia. neque per sacerdotes. neque
per prophetas. neque per sacrificia. iii. Dixitque
saul seruis suis. Querite mihi mulierem
habentem phytonem / & uadam ad eam
& sciscitabor per illam. Et dixerunt serui
eius ad eum. Est mulier habens phyto
nem in endor. Mutauit ergo habitum
suum. uestitusque est aliis uestimentis abiit
ipse & duo uiri eius cum eo / uenerunt que
ad mulierem nocte. iiii. Et ait
saul ad mulierem. Diuina mihi in phy
tone / & suscita mihi quem dixero tibi.
Et ait mulier ad eum. Ecce tu nosti quan
ta fecerit saul / & quomodo eraserit magos
& ariolos de terra. Quare ergo insidiaris
anime mee ut occidar. Et iurauit
ei saul in domino dicens. Viuit dominus quia
non eueniet tibi quicquam mali propter hanc rem.
Dixitque ei mulier. Quem suscitabo tibi. Qui ait.